

DE RE PHYSICA

THESES EXPERIMENTALES,

quas defensurus adderit

D. Joannes de Leon et Romero,

ei auxiliante

D. D. Francisco Martinez de Fuentes

Physicae Disciplinae Moderatore

in Seminario Consiliari Canariensi

die *28. Julij* - . . . anni Domini. 1790.

Vesperè


Horis

Solitis

Alex. G. de Ara

NACTO PERMISSU:

Lacunae Nivariensis: apud Michaëlem Angelum
Bazzanti, Regalis Societatis Typographum.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE 10: THE QUANTUM THEORY OF LIGHT



LECTURER: DR. JOHN HOPKINS

LECTURE 10: THE QUANTUM THEORY OF LIGHT

LECTURER: DR. JOHN HOPKINS

LECTURE 10: THE QUANTUM THEORY OF LIGHT

1900



PHYSICS DEPARTMENT

LECTURE 10: THE QUANTUM THEORY OF LIGHT

LECTURER: DR. JOHN HOPKINS

CLARISSIMO VIRO

D. D. JOSEPHO DE LA ROCHA,

Ex Catholici Regis Concessione militum Tribuno,
Patriae, et honorum omnium Propugnatori,
et Assertori benefico

JOANNES DE LEON ET ROMERO

S. P. D.

IN omnibus benè moratis civitatibus Cives, vel
pacis artibus, vel militiae disciplina optimè de
Republica meritos, clarissimos honores, et amplis-
simos Magistratus obtinuisse, ex historiae fastis ag-
noscimus. Externa enim pericula á civium vita, for-
tunisque propulsantes, aut communi otio, et tranqui-
litati benè consulentes, et famam, quae in omnium
saeculorum memoria vigebit, sibi pepererunt, et
civium suorum animos his officijs adeo sibi devin-
ctos effecerint, ut summum Reipublicae imperium,

velut vectigal virtuti debitum, ipsis deferretur: hac
eadem via Te, Vir amplissime, penè ab adoles-
centia ingressum videmus; quumque in ea praeclaris-
simorum virorum vestigia adeó enixè premeres, ut
charitate Patriae ductus, nullum diem praetermis-
sis quin amantissimi civis partes expleveris, hinc
factum est ut per omnes militiae gradus cum celeri-
ter percurrisses, tandem ad summum Tribuni Mili-
tium honorem maxima cum populorum laetitia sis
evectus. His ego rebus commotus militiae tirocinium
sub tuis vexillis conficere tota animi contentione in-
hiavi; at ut primum praeceptis tuis dicto audiens
esse incepti, sic mentis tuae praestantiam, animi
moderationem, corporis dotes, caeterasque quibus
praefulges virtutes contemplari solebam, ut in Tui
admiratione defixus aliquam mihi oblatam occasionem
exoptarem, quae, quanto in praetio apud me esses, quan-

5

quantaque dilectione te prosequerer, publicum esset
testimonium. Sed cum nondum antea per aetatem
mihi haec vota perficere licuisset, hac demum tem-
pestate, postquam Rei Physicae operam dedi, se-
lectas quaestiones, quae amena hujusce Scientiae Na-
turalis prata exornant, colligere institui, ut eas ve-
lut florum manipulos ante pedes tuos supplex offer-
rem. Habes apertum mentis meae consilium, habes
etiam rationes quibus adductus hoc quodcumque mu-
nusculum tibi dicare satagam. Id ergo ut sereno vul-
tu accipias quaeso. Nihil ad tuum meritum, et di-
gnitatem; sed si porrigentis animum attentè expen-
das, invenies equidem animi grati, et obsequentis-
simi minimè dubium argumentum. Quare si hujus-
modi quaestiones tibi dicatas ea qua soles pietate ac-
ceperis, gratasque tibi cognoverim, abundè laboribus
meis à te factum esse satis judicabo. Vale.

DE RE PHYSICÁ⁷

THESES EXPERIMENTALES CIRCA MATERIAM ELECTRICAM.

I.

INesse in corporibus plurimis vim quandam trahendi, pellendi, percutiendi, quam, quod in *Electro* primùm innotuerit, *Electricitatem*, seu *Electricismum* vocant Philosophi, est omnibus omninò manifestum.

II.

Hanc autem vim á subtilibus exhalationibus, effluvijs, emanationibus, quae ex corporibus, quibusdam, postquàm vehementer et diu perfricata fuerint, defluunt, proficisci pluribus sensibus contextibus experimur.

III.

Verùm non tantùm corporibus electricis insitum, sed totum Universi Spatium permeans fluidum electricum

cum reperiri, Neoterici plures Physici, et docti-
quidem, et accurati iudicii defendunt

IV.

Tandem, cum Electricam materiam verum ignem
esse experimentis innotuerit, ea omnia idcirco phoe-
nomena ignescentia, quae Sulphureis, et oleagino-
sis exhalationibus Veteres olim tribuebant, non nisi
ab Electrico Igne pendere, quamvis ipsis plurimum
debeatur, velut communius inter Recentiores veri-
simile tenendum est.